

alium adcent; atque hac de causa prius oppidum, in quo seiebat se repellendum, tentare voluit, ut repulsam hanc patienter ferens et vindictae studiū in Apostolis reprimens, eos idipsum per omnem deinceps vitam facere doceret. Nam, ut ait S. Ambrosius, « amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, lapsu ad correctionem. Denique Samaritanū a quibus ignis arcerit, citius crediderunt, » Joan. iv, et Act. viii; et Titus : « Non habet ultionis studium, inquit, perfecta virtus; nec ulla iracundia, ubi plenitudo est charitatis: non existent infirmitas, sed juvanda. »

1. AIT ALTUS : SEQUAR TE, DOMINE, SED PERMITTE MIHI PRIMUM REMUNIRE HIC QUEM (ita legendū cum Romanis, non « qui », ut legunt nonnulli) DOMI SUNT. — Greca et Syrus addunt : domi mea. Ex Greco, pro « que » verti potest, « qui », uti vertunt S. Basilius, S. Augustinus, Titus, Toletus et alii, sed diversimodo explicant. Primo, Titus, q. d. Permitte mihi remunire meis parentibus, ut ab eis consilium capiam an te sequi debeam nōcē; erat enim animo accepti et diverso. Unde noluit id Christus permittere, quia fere parentes perfectioris vita studium non probant, imo suos ab eo avocant. Secundo, S. Augustinus, serm. « De Verbis Domini : « Permitte, inquit, ut nuntiem meis, ne forte (quod fieri solet) querant me : » sed sciant quid de me actum sit, scilicet me sequi to, as proinde de me non sim solliciti, sed securi; sic et Toletus. Tertio, S. Basilius, in Consist. monast., cap. xxi, censet hunc, uti et precedentem, fuisse unum e Christi discipulis, ut pettisse tantum facultatem a Christo suis salutandi eisque valedicendi tanquam ad eos amplius non reversturum. Favet Syrus, qui verit, ut profeciat salutem precavatur, seu rediectorius p̄f̄s donus mez, et veniam. Quarto et optimo, legendū « que » cum Romanis, q. d. Permitte, id est, da mihi tempus ut remunierit, id est nuntium remittam meis bonis, quae domi sunt, de iisque disponam eaque inter fratres vel cognatos distribuam. Hoc enim significat Greecorum ἀνταπόδοση, scilicet renunfare datis mandatis, ordinare, disponere. Unde Arabicus verit : Permitte mihi primum, ut disponam familiaribus dominis meos. Ita S. Augustinus, lib. II de Consensu Evang., cap. xxiii; Maldonatus, Franciscus Lucas et alii.

62. AIT AD ILLUM JESUS : NEQ; MITTENS MANUM SUAM AD ARATRUM, ET RESPICIENS RETRO, ARTUS EST REGNO DEI, — tanquam agro Dei colendo. Sic enim expleri debet metaphorā arantis et arati. q. d. Si eis qui vult arare, si retro respiciat, et opus arandi bene copiū abrumpat, ineptus est ad arandum et agrum colendum; debet enim recte ante se, ut arando rectos sulcos ducat, non curvos, respicere: ita qui destinat vel incipit se totum consecrare regno Dei, quod ego predico, a p̄f̄s operibus justitiae et perfectionis abdicacionisque rerum omnium promitto: hic si ad

bona caduta, terrena et temporalia (uti est disponere de suis facultatibus) quae dimisit, respiciat, ineptus est et indignus sequela mei et regno Dei. Ita Euthymius : Oportet enim, inquit, eum qui sequitur Christum, confessim omnia despicer et sequi, ne oculis quidem ab eo divertere, ne forte habitu et specie eorum quae a etergo sunt, retineatur. Sic et Titus, « ansenius, Toletus et alii. »

Nota : Christus hoc apophthegmate perfectionis viam ostendit volubilis homini nimis sollicito affectum, quem erga sua et suos habebat nimis, eximere eumque totum in suum obsequium transfere, presertim quia periculum erat, ne in hac divisione et distributione bonorum suorum longas traheret moras, ac bonis hisce illectus captusque, menem mutaret et vaccinationem Christi perderet, uti multi in simili re perdirent. Addo, potuisse fratres et cognatos per se bona ejus uti se dividere, ut ejus ad hos opera non foret opus. Sic Jacobus et Joannes vocati a Christo, relictis rebus et patre, illico seculi sunt Christum. Mact. iv. Alioquin hanc remunerationem pietatis causa Eliseo permisit Elias, III Reg. xix, 20, quia illam paucis et sine periculo perdente vaccinationis facturus erat. Hinc S. Basilius, serm. 1. De Baptism. : Respicit retro, inquit, qui vel brevem moram interponit obediencia, quia sine pretextu vel exclamatione velociter et sine suspensione Domino prestanda est. Hinc de Cherubinis Domino famularibus dicitur Ezech. 1: « Non revertantur cum inceſſab̄t, sed innum- quodque ante faciem suam gradiebatur. » Ubi S. Gregorius, hom. 3 : « Pennata, ait, animalia, videlicet predoles sanci cum incedunt, minime revertuntur, quia sic a terrena actibus ad spiritualia perfranseunt, ut ad ea que reliquerunt, ulterius nullatenus reflectantur. Quasi enim per quamdam viam eis incedere, est mente ire semper ad meliora. » Hinc Paulus, Philip. iii, 14: « Que retro sunt obliviscentis, inquit, ad ea vero que sunt priora extendens me ipsum; ad destinationem prosequor, ad bravum superme vaccinationis Dei in Christo Jesu. » Et sponsa dicitur : « Obliviscentis populum tuum, a domum patris tui, et concupiscent rex decorum tuum, » Psalm. XLV, 13. Unde S. Augustinus, serm. 7. De Verbis Domini : « Vocat te Orlens, inquit, et tu attendis Occidentem. »

Tropologice Beda : Manum, inquit, ad aratum mittit, qui quasi compunctionis instrumentum, ligno et ferro Dominice passionis duritudo cordis attinet, et ad operum fructus aperit; sed non est cum uxore Lotu ad ea quae reliqueris, respicendum: et si secuturus Dominum, quia vel domi renunfare vult, arguitur, quid fieri illis qui sepe nulla utilitas gratia eorum quos in mundo reliquerunt, domos visitant? Et Graecus anonymous, in Catena : Crebri, ait, intuitus eorum que deseruerimus, propter consuetudinem trahunt;

wieluentum enim quoddam usus est, ex quo habitus, ex habitu autem natura nascitur, quam amovere vel alterare difficile; reddit enim ad se ipsam velociter. Denique fusa haec Christi verba explicat Suarez, tom. II de Relig., tract. De voto, lib. I, cap. II, num. 48 et seqq.

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Christus, prater duodecim Apostolos, eligit septuaginta duos discipulos, quibus mandata dat modumque evangelizandi prescribit: illis revertentibus, et mira quæ gesserunt narrantibus, vers. 17, Christus exultat in spiritu. Secundo, vers. 23, Legisperito viam ad vitam aeternam poscenti, dat legem dilectionis Dei et proximi, non per parabolam Samaritanū docet quis sit proximus. Tertio, vers. 38, sortem Mariæ prefecit sorti Martha.

1. Post haec autem designavit Dominus et alios septuaginta duos; et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum quo erat ipse venturus. 2. Et dicebat illis: Mesis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. 3. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. 4. Nolite portare sacerulum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. 5. In quamecumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. 6. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pars vestra; sin autem, ad vos revertetur. 7. In eadem autem domo manete, edentes et hibentes qua apud illos sunt: dignus est enim operariu mercede sua. Nolite transire de domo in domum. 8. Et in quamecumque civitatem intraveritis, et suscepient vos, manducate quæ apponunt vobis; 9. et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicitis illis: Appropinquaret in vos regnum Dei. 10. In quamecumque autem civitatem intraveritis, et non suscepient vos, exente in plateas ejus, dicite: 11. Etiam pulvereum, qui adhæsit nobis de civitate vestra, extergimus in vos; tamen hoc scitote, quia appropinquaret regnum Dei. 12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remisis erit, quam illi civitati. 13. Vt tibi, Corozsin, vt tibi, Belhsaida: quia si in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere sedentes penitenter. 14. Verumtamen Tyro et Sidoni remissius erit in judicio, quam vobis. 15. Et tu, Capharnaum, usque ad colum exaltata, usque ad infernum demergeris. 16. Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. 17. Reversi sunt autem Septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam daemonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgor de celo cadentem. 19. Ecce dedi vobis potestam calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici; et nihil vobis nocet. 20. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur; gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in celis. 21. In ipsis hora exultavit Spiritu Sancto, et dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine celi et terræ, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quoniam sic placuit ante te. 22. Omnia mibi tradita sunt a Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater; et quis sit Pater, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. 23. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. 24. Dico enim vobis, quod multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt; et audire quæ auditis, et non audierunt. 25. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, et dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? 26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? 27. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omni-

bus viribus tuis, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum. 28. Dixitque illi : Recte respondisti : hoc fac, et vives. 29. Ille autem volens justificare scipsum, dixit ad Jesum : Et quis est meus proximus? 30. Suscipiens autem Jesus, dixit : Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam despollarerunt eum; et plagi impositi abierunt semivivo relieto. 31. Accidit autem ut sacerdos quidam descendet eadem via; et viso illo præterivit. 32. Similiter et Levita, cum esset secus locum, et videret eum, pertransiit. 33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum; et videns eum, misericordia motus est. 34. Et approplans alligavit vulnera ejus, infundens oleum et vinum; et imponebat illum in jumentum sumum, duxit in stabulum, et curauit ejus egit. 35. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait : Curam illius habe, et quodcumque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones. 37. At ille dixit : Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus : Vade, et tu fac similiter. 38. Factum est autem lumen irent, et ipse intravit in quoddam castellum; et mulier quadam, Martha nomine, exceptit illum in domum suam : 39. et hinc erat soror, nomine Maria, quæ etiam sedens eucos pedes Domini, andiebat verbum illius. 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium; quæ stetit, et ait : Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? die ergo illi, ut me adjuvet. 41. Et respondens dixit illi Dominus : Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. 42. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Vers. 4. 1. POST HAC AUTEM DESIGNAVIT DOMINUS ET ALIOS Septime ciuitatis diuinorum discipulorum locorum non nominis, quæ nos totum.

Apostolum, et sex presbyteros dare : tales enim erant hi 72 discipuli, quorum officium erat praepinguin Dei et Christi regnum predicare, et miraculis confirmare, obeundo omnia Iudee oppida : ad quod non sufficiebant diacones.

Synopsi sancti Patris, sed Graeca, ut videtur, file : Intra enim esse ejus nomina patet ex eo quod ali alia eis dent nomina. Volaterranus, lib. XIX. Urbanorum Comment., plures quam 72 nominat, sed ejus nomina fore collecta sunt ex Actis Apostolorum et Epistolis S. Pauli ; immo inter eos numerat quosdam, qui post ascensionem Christi fore conversi, ut cum nichum Caudacis regime, qui conversus fuit a Philippo, Act. viii, et Philemonem, qui conversus fuit a Taulo. Wicelius, in Hagiologie, recenset 70 ex libro cui nomen Cultura vices Dominitæ ubi inter alias nominali eundem Philimonem et Lucam, quem ex initio Evangelii ejus cum Christo non fuisse conservatum liquet. Denique Eusebius, lib. I Hist., cap. xiv, testatur se 72 discipulorum nomina nusquam inventissima scripta; nonnullorum tenem nomina ex Actis Apostolorum colligi possunt, ut Matthie et Barnabe, Actor. i; Stephani et ceterorum sex diaconorum, Actor. vi; Ananiae et Barnabe, Actor. ix; Mnaseum, Actor. xxii, 46.

Nota primo : Sicut Moses initio sui principatus delegebat duodecim velut principes, et patres duodecim tribuum Israel; deinde in crescente populo et principatu, ex singulis tribubus elegit sex, hoc est universi 72, vel populi senatores : ita et Christus volunt cuique quas tribui Israel suum

Fines presignatum in 72 Interpretibus, qui sacrum Scripturam ex Hebreo in Graecum, rotatu Ptolemaei Philadelphi, regis Egypti, converterunt ducentis annis ante Christum; item in 72 consiliariis Mosis, Num. xi, 24, et Concilio summo Sanctorum, quod 72 capitibus constabat; atque in 72 palmis sitis iuxta 12 fontes in Elini, Exodi xv, 27. Rursum 72 discipuli respondent 72 gentibus totius mundi, at Beda, quasi cuique genti Christus suum attribuerit discipulum, ut curatorem : nam 72 gentes et linguis, in quas divisum fore hominem in dispersione Babel, numerant S. Augustinus et Hieronymus, Prosper et alii, ut dixi Genes. cap. xi, vers. 32.

Nota tertio : Hinc patet sacerdotum discrimen in gradu et officio. Nam hi 72 discipuli non erant patres discipuli, sed in 72 sacerdotum sententiis. Patrum nos docet, quæ dicit : Ad necessaria querendae bini egrediantur, vel terri fratres, et tales quibus creditur, non qui verborisatum aut gulari sententia. Audi et S. Gregorium, lib. X, epist. 22 De Constantino Monacho : « Cognovi quia ad monasterium, quod in Piceni provincia situm est, solus peregre sine aliquo fratre stolidum prospersum est : ex qua ejus actione cognoscimus, quod qui sine teste ambulat, recte non vivat. »

altero sapientie maturitas, altero vero pastoralis industria significatur.

Symbolice S. Augustinus, in Quest. Evang. : Viginti quatuor horis, ait, totus orbis a sole gyante illustratur : sic illustratur orbis a Christo, qui est sol iustitiae per Evangelium S. Trinitatis, ejus predicatio ab eo commissa est 72 discipulis ; nam ter 24 faciunt 72.

ET MISIT ILICIS BINOIS ANTE FACIEN SUAM (ante se) IN OMNES CIUTATIBUS ET LOCIS, QUA ERAT ISTE VENTURUS, — in Judea, ut prius fecerat in Galilee per 42 Apostolos : quia enim Jesus quasi Messias volebat predicare in singulis oppidis fiducie, ut omnibus Iudeis innotesceret, eosque ad suam fidem et salutem invaret, nec id per se solum facere potest, praesertim quia sex tantum menses vite ipsi supererant, unde in singulis castellis dicitur haerere non poterat, hinc elegit 72 discipulos, qui ejus adventum evangelizando, et infirmos sanando praefrent; ac homini animos ad illum velut Messiam suscipiendum prepararent, ut ab ipso mox subsequente plenam fidem, penitentiam ac peccatorum remissionem, Deinde gratiam recipenter. Duodecim Apostolos apud se relinuit, tum ut vita sua esset testes; tum ut plurimi confluentibus ad Christum eum adjuvarent, in his doicandis, sanandis, juvandis; tum ut a Christo discrederent modum predicandi, et totum orbem obeundi, eumque ad Christum convertere.

Bis. — Cur? Respondeo primo, ut alter alteri auxilio esset, solatio, stimulo, exhortamento, ati Origenes, Thophilactus et S. Gregorius, utique uno lasso, negro vel impedito alter succederet, iuxta illud Eccles. iv : « Melius est duos simul quam unum; habent enim emolumenum sociatis sua. Si unum occidetur, at alter fulcietur : ut soli. » Quocirca S. Pachomius, in Regula ab angelo accepta, cap. xxx et xxxiv, ita sancti : « Permittente eo (Præposito) accepit comitem egressionis sua, cuius fides probata est, et sic mitfert ad fratrem videndum, vel proximum. » Et post : « Nulus solus mittatur foras ad aliquod negotium, nisi juncto ei altero. » S. Augustinus : « Quando proceditis, simul ambulate; cum veneratis quo itis, simul state. » Ita S. Augustinus, in Regula, cap. x et xx. Idem sancti S. Benedictus, S. Francisus, S. Dominicus, S. Bernardus, et ceteri Ordinum fundatores. Audi Smaragdum in cap. LXVII Regula S. Benedicti : « Sed ne frater in via dirigatur solus, sententia Patrum nos docet, quæ dicit : Ad necessaria querendae bini egrediantur, vel terri fratres, et tales quibus creditur, non qui verborisatum aut gulari sententia. » Audi et S. Gregorium, lib. X, epist. 22 De Constantino Monacho : « Cognovi quia ad monasterium, quod in Piceni provincia situm est, solus peregre sine aliquo fratre stolidum prospersum est : ex qua ejus actione cognoscimus, quod qui sine teste ambulat, recte non vivat. »

S. Augustinum nostro aëvo secutus est S. Carolus Borromeus, qui cum femina etiam consanguineum nunguam locutus est, nisi ex gravioribus domesticis aliqui adcessent, ut habet ejus Vita, lib. VII, cap. vi. Quin et Seneca, epist. 23 : « Omnia nobis mala, inquit, solitudo persuadet. » Remedium subdit dicens : « Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse, et habere quem resipicias, quem interessu cogitationibus tuis judices. » Addit ab Epicuro esse hanc vocem : « Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis, » qua vocis custodem nobis et paedagogum dedid. Idem, epist. 11 : « Magna, ait, pars peccatorum tollitur, si peccaturi teste assistat. » Imo Justinianus Imperator, in Novella De Monachis, vult monachos ire associatos, « ac in vicem testes esse multos honestatis. » Lucius Papa, epist. 4 ad Episcop. Ecclæstia, ita sancti : « Proprietate (calumniatores) hortum vos, sicut et in hac sancte

Ecclesia constitutum habemus, ut semper testes vobiscum sacerdotes et diaconos habeatis; et ille conscientia sufficere possit propria, tamen propter malevolos, juxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab iis qui forsunt: quoniam et in hac sancta Sede constitutum habemus ut dux Presbyteri, vel tres Diaconi in omni loco Episcopum non deserant, proper testimonium Ecclesiasticum.

Denique audi Thomam Cantipratensem, magnum sapientie, experientie et religionis virum, lib. II Apud, cap. xi, § 4: «Quam vera sit haec sententia: Vix soli, ego novi, qui triginta annis et eo amplius vies Episcopi in diversis provinciis et dioecesiibus habui, qui in hoc articulo, quo Religiosi vel soli vadunt in vias, vel soli manent in curis, horrenda mala, horrenda scandala horrendaque pericula frequenter audivi, que nunquam sustinuerunt adjuncto socio, vel fecissent.»

Tertio, ut majorem auctoritatem et fidem predicationis sua conciliarent, juxta illud: «In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum,» Deut. XVII. Quocirca Christus et Apostoli id constantur suo exemplo firmavere: Christus enim duos ex discipulis suis mittit ad solvendum asylum et ad parandum pascha, Petrum et Joannem. Post resurrectionem Cleophas cum socio eunt Emmaus. *tides* Petrus et Joannes sepe sociati inveniuntur: simul currunt ad monumentum, ascendunt ad templum ad horam orationis nonam, mittuntur ab Apostoli Samariam. Spiritus Sanctus sibi segregari jubet Saulum et Barnabam in opus ad quod eos usurpat. Judas et Silas destinantur Antiochiam, et Paulus cum Sila Iustrat Syriam. Duo testes venturi sunt tempore Antichristi, sed predicti B. Joannes, quos Henoch et Eliam fore intelligent communis opinio Doctorum et Ecclesie traditio.

Tropologe: S. Gregorius, hom. 17 in Evang.: «Dominus, ait, binos in predicationem discipulos mittit, quia duo sunt praecelta charitatis, Dei videlicet amor et proximi, et minus quam inter duos charitas haberi non potest.» Et mox: «Quatenus hor nobis tacti innat, quia qui charitatem erga alterum non habet, predicationis officium suscipere nullatenus debet.»

Symbolice Origenes: Binos, ait, famulari Dei verbo antiquum est. Eduxit Israel de Egypto per manum Mosis et Aaron; Ioseph et Caleb concordant; frater a fratre adjutus ut civitas validata. Et Glossa: Sic, ait, bina animalia a Noe inducta sunt in arcu, immunda prius in carnali generatione, sed mundata Ecclesie sacramento, per spiritualem gratiam in discipulorum predicatione.

In OMNEM LOCUM QUO ERAT IPSE VENTURUS. — Quo, ut ait S. Gregorius, hom. 17, mystice significatur, «quod predicatorio suo Dominus sequitur: quia predicatio preuenit, et tunc ad mentem

nostra habitaculum Dominus venit, quando verba predicationis precurrunt, alque per haec veritas in mente suscepitur. Hinc namque eidem predicatoribus Iasias dicit: Parate viam Domini, rectas facile semitas Dei nostri. Hinc illis Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasionem.» Et mox: «Ei ergo, qui ascendit super occasionem, iter faciamus, cum nos ejus gloriam vestris mentibus predicamus, ut eas et ipse post veniens per amorem sui presenciam illustreret.»

2. MESSIS QUIDEM MULTA, OPERARIUS AUTEM PAUCI. Ver. 1. — Hec audivimus Matth. cap. ix, vers. 37, ubi ea exposuit.

3. ITE: ECCE EGO MITTO VOS SICUT AGNOS INTER LUPOS. — Ut quasi agni inermes, innocentes, mansueti, simplices, vestra candore et sanctitate lupos veritatis agnos, puta ut homines lupinos, id est voraces et rapaces, facialis temperantes, innoxios et mites, idque non vestra virtute, sed gratia meae efficacia. Quare non est quod metuatis, illi enim vobis me protegente nocere non poterunt. Nam, ut ait S. Ambrosius, «sollicitor boni Pastoris efficit, ut lupi in agnos audere non audiantur.»

4. NOLITE PORTARE SACCULUM (Grecie Σάκτον, Ver. 4) id est *maruspium*, sive *crumenam*, ad pecuniam recomandam, q. d. Nolite portare pecuniam, ut habet Matthaeus, cap. ix), NEQUE PER EAM, — ad panem et cibos in ea gestandos, quia hoc non est ovum, sed pastoris. «Hoc interdicto, ait Euthymius, jubet ut de necessariis corporis spem in ilium habeant, qui ipsos emittit.» Nam, ut ait S. Gregorius in *Catena*, «tanta predicatoris debet esse in Deum fiducia, ut praesentis vite sumptibus quamvis non provideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat; ne dum mens ejus occupatur ad temporalia, minus provideat eterna.» Reliqua explicui Matth. x. Christus enim hie eadem praecēpta dat 72 discipulis, que ibi dedidit 12 Apostolis; utrosque enim pari lege misit ad evangelizandum.

ET NEMINEM PER VIAM SALUTAVITIS. — Est hyperbole, q. d. Ne divaricatis ad privatas sed utationes, et familiares prolixasque collectiones; sed omnem vanam confabulationem et distractiōnem ac moram prescindite, ut tota mente collecti, seduli et celeres sitis in opere ad quod vos mittit, tolique intendatis predicationi Evangelii. Ita S. Augustinus, Ambrosius, Gregorius, et alii. Nam aliquo, ut ait Euthymius, non nulli Christus discipulos suos esse inviciles et rusticos, ut etiam salutati ab aliquo euudem verbo non resalutent. Salutem ergo vetat prolixam, «impedientem ministerium, que per moram sepe trahit offendit,» ait S. Ambrosius. Alludit ad id quod Elie se mitens Giezzi ad suscitandum puerum mortuum, eidem praecēpit dicens: «Si occurrit tibi homo, non salutes eum, et si salutaverit te quispiam, non respondas illi;» quod hoc fine ei dicit, ait Ambrosius, «ne confabulatione ali-

cujus obvii, mandato reflecteretur a munere(1).»

7. DIGNUS EST ENIM OPERARIUS MERcede SUA. — Mercedem intellige non pretii et equivalentem, sed alimenti et sustentationis. Quia predicatione regni coelestis omnia premium terrenum superat et transcedit. Nam, ut ait S. Augustinus, in *Psalm. ciii*: «Quid accipiunt? dant spiritualia, accipiunt carnalia; dant aurum, accipiunt foenum.» Hinc patet posse Apostolos vivere ex Evangelio, ac auditores jure naturali et divino obligari ad eos alendos. Christus hic causat, cur discipulis veteratur per et sacramentum, quia scilicet Deus ei prouidebit per auditores de anima et vieti. «Qui parat et sacramentum portari prohibuit, inquit Gregorius, hom. 17, sumptus et alimenti ex predicatione concedit. Dignum est enim ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus patria coelestis premia offerimus.» Et postea: «Unde satis ostendit, inquit S. Augustinus, lib. II De Consens. Evang., cap. xxx, «cur eos haec possidere ac ferre nonluerit, non quod necessaria non sint sustentationis huius vite; sed illi sic eos mittebat, ut eis haec deberi demonstraret ab illis ipsiis, quibus Evangelium credentibus ammuniaretur.»

10. QUI VOS AUDIT, BE AUDIT, ET QUI VOS SPERNIT, ME SPERNIT. — Vos enim estis meli Apostoli et legati; qui autem legitum audit vel spernit, audit vel spernit regem vel principem qui eum legitavit et misit. Legatum enim loquitur in persona regis legantis, eamque representavit, sicut vice rex representavit regem. Quocirca subdit in suis Superioribus debent intueri Christum, itaque eorum dicta iussaque excipere, ac si ex ipso ore Christi prodirent. Audi S. Bernardus, tract. De Precepto et dispens. : «Sive Deus, sive homo, vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reverentia defundendum: ubi tamen Deo contraria non precipit homo.» Et statim clavis Regulam sui Ordinis continentem eamdem doctrinam: «Quidquid, inquit, vice Dei precipit homo, quod non sit tam certum displicere Deo, haud secus omnino accipendum est, quam si precipiat Deus.» Et paulo p. 39. «Ipsum proinde, inquit, quem pro Deo habemus, tanquam Deum in his que aperte non sunt contra Deum, audire debemus.»

Reliqua exposui Matth. x et xi.

¶ 17. REVERSI SUNT AUTEM SIEPTUAGINTA DUO CUM GAUDIO (magno, ut ait Sylus) DIGESTES: DOMINI, ETIAM DEMONI SUBJICUNTUR NODIS IN NOMINE TVO. — Quasi dicunt: Non tantum morsibus, uti promiseras vers. 9, sed etiam demones expellimus per vim et invocationem nominis tui,

(1) Salutationes apud Orientis populus receptae non fabant, ut ad h. l. monachus Ludovicus de Dieu, leni gestu et verbo, sed multa percutientibus et prolixa appellatione trahabantur, non sine multis corporis flexionibus, osculis et amplexisibus.

De quo
Satana lo-
cupit
lapsus
habet
Christus

dientes: In nomine Jesu Christi exi, o demon, ab homine isto. «Vide, ait Theophylactus, quoniam non superbunt, dicunt enim: In nomine tuo, tua gratia, non nostra virtus;» videtur tamen aliquid vane laudis et ostentacionis eis obrepisse, quod per se, non per alios Christus tanta patraret; sed venturis fuit haec culpa et vanitatibus pulvis, quem Christus mox absterget.

18. ET ATILLIS: VIDEAM SATANAM SICUT FUGUR DE COELO CADENTEM. — «Sicut fugur, id est primo, sicut fulgor, magna vi, collisione et fratre cum tonitu per nubes frigidae sibi contrafractas, excludit: sicut demones primo, subito et inexpectato celo deturbati sunt; nec enim demones expectabant hunc Lipsum. Secundio, violenter, quia summa vi inviti celo dejecti sunt per S. Michaelem ejusque asseculas, Apoc. xi, 1 et seq. Tertio, velociter, quia celeriter et quasi in momento. Quarto, manifeste, quia spectantibus omnibus angelis. Unde Euthymius: «Usus est, ait, fulgoris exemplo, ostendens vehementiam et velocitatem casum illius.» Multi putant ad litteram Christum hic loqui de casu Satanae, id est Luciferi, quo a celo, id est a deo, aut gloria et potestate sua, quam ante Christum in mundo obtinebat, per Christum privatus et spoliatus est; q. d. Non novam militem narrabis, nam cum vos, o discipuli, nuper mittetur ad evangelizandum, videbam demoneum sua potestate a me privatum quasi de celo cadere, ac per vos magis casurum, quasi hoc asserat Christus ad magnificandam potestatem a se datum discipulis, q. d. Videat quantus et quam formidabilis hostis, scilicet Lucifer cum omnibus suis diabolis, vobis per me sit subjectus. Ita ex Nazianzeno, orat. 4 De Theolog.; S. Basilius, homil. Quod Deus non sit auctor malorum, ac Cyrilus, Theophylactus, Euthymius, Titus, Maldonatus, Teletus, Jansenus, Franciscus Lucas et alii. Audi Theophylactum: «Quidam si intelligunt: De celo, id est de gloria sua et de honore quem habebat. Ante Christum enim ut Deus colebatur, nunc autem de celo decidit, id est de gloria sua, ne colatur ut Deus, neque habeat perinde ac si in celo habitet.» Euthymius: «Ante incarnationem Salvatoris, inquit in sublime forebatur, et tyramnum agebat, ac potens erat; cum autem Deus in terra per carnem diversaretur, occidit, non e celo (olim enim inde cecidit, nec amplius eo ascendit), sed a dicta celstitudine, tyramni ac potentia.» Sic et Vatibus. Cum vos, ait, nisi ad praedicandum; videbam ruituras vires Satanae. Cecidit ergo tuus Satanas e supra potentia in extremam fragilitatem, ait S. Cyrilus; ante Christi enim adventum ab omnibus colebatur, post eum a fidolibus conculebat. Unde sequitur: «Ecce deinde vobis potestates calcandi supra serpentes.» Verum hi Satanae et celo lapsus mysticus potius et symbolicus est, quam literalis.

Ad litteram ergo loquitur hic Christus de primo casu Luciferi, dum cum suis assediis, ob superbiam qua Deo rebellavit, et coto precipitatus est in abyssum inferni, idque a Christo, eo quod Lucifer digitatum, putu divinitatem Christi, et aequalitatem Dei, superba appeteret, immo ut non nulli censem, Christi unionem hypostaticam ambiret, dicens deinceps esse ut Christus suam naturam, puta angelicam, et inter angelos nobilissimam; assumere et Verbo uniret, potius quam humanam, utpote carneam et miseram. Invidis ergo Iesu deitatem, ab eo quasi antagonista prostratus et dejectus est: uide pro cedentem, Graece est θάνατος, id est lapsum, in preterito; Arabicus, quod cedit. Sensus ergo est, q. d. Nolite mirari, o discipuli, quod in nomine meo demonia ejiciatis: nam ego jam olim Lucifer: neam deitatem superbe appetentem, cum suis assediis ex celo precipitavi in gehennam: simul et vos cavete ne in superbiam elati, ex quod demones vobis subdiderint, cadatis in abyssum, uti o-sidit Lucifer. Ita S. Hieronymus, lib. II contra Joavin.; S. Ambrosius, lib. De Fuga seculi, cap. vii; S. Cyprianus, tract. De Iefunio Christi; S. Gregorius, lib. XXII Moral., cap. vii; S. Chrysostomus, hom. 10 De Panitientia; Beda, Theophylactus, Euthymius, Bernardus et alii (1).

*Litterae
quaestiones
Primo.
Secondo.
Tertio.*

Aposito Lucifer comparatur fulguri. Primo, quia fulgere fulguris ad vivum representatur praestantissima, et ut ita dicam, ignea natura, majestas ad principatus Luciferi. Secundo, ejusdem potestas maxima ex nocendum: talis enim est fulgur, quod omnia etiam durissima et robustissima pervadit, sternit, frangit, inclinat: quare summe feret et noceat. Idem facit Lucifer. Tertio, ejusdem brevitas, quia transit ut fulgor; tantum enim nocte in hoc seculo et in hac vita, quae respectu eternitatis est quasi instans et momentum. Hinc tropologicus, fulgor est symbolum superbie et vanorum mundi glorie; haec enim instar flammæ fulgurem concursum, et illico evanescit, juxta illud: « Sic transit gloria mundi; » fulgor enim, ait Nonnus Marcellus, est ignis qui coruscat. sive ipsa coruscatio prætervolans, est telum ipsum quod jacitur; fulgurum est fulmine ictum percussumque. Rursum huc ex celo dejectum et vibratur in terram, immo in tartara: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, et igne gehennæ perenni cruciabitur. Insuper sicut fulgor in celo splendissimum, in terra desinat in lapidem, quem instar teli ejaculator; sic superbia Luciferum fulgidissimum angelum convertit in telemrum cacodænonem:

(1) Ad litteram simplicior sensu meliorique cum præcepto, c. maxime, sic exponit: Sciebam, sive prævidebam per vos celestis, felici successu, ministrari Satane potestatem, his in opibus que adstitis; vel, quod eodem fero recidi: Dum vos mira in oppidis proglagia patribatis, videbam Satana potestatem ministramque quasi eoso dejecti.

Et SUPER OMNEM VIRTUTEM (Graece διάρρηξ, id est robur, vim, potentiam, exercitum) INIMICI — civescumque, sive animalis efferi, ut lupi, leonis, tigris; sive veneti et rei venenati, sive etiam diabolus, qui omnibus feris et rebus noxiis preest, hisque abutitur, ut hominem ledat et perimat.

« Omnis » ergo « virtus inimici, » est omnis potenti homini inimicus. Mystice tamen, et potius, per haec omnia significat demones: de his enim est omnis hic sermo: unde demones hic ad litteram significari: ver serpentes et scorpiones, illosque vocari εἴκαστοι « inimici, » id est exercitus Luciferi, consensu S. Alhanus, in Psal. xxviii, as Theophylactus, Euthymius, Beda, Titus, Toletus, Franciscus Lucas hic. Quocirca Euthymius « serpentes et scorpiones » accipit « intelligibiles; » id est « omne genus immundorum spirituum, » ait Beda. Qui et addit: « Hoc autem inter serpentes qui dente, et inter scorpiones qui cauda noxent, distare arbitror, quod serpentes apte sevientes, scorpiones clanculum insidiantes significant. » Simili modo, Gen. cap. vii, serpens qui decepit Eymam, tam verus serpens, quam diabolus per serpentem loquens intelligitur, ut ibi dixi.

1. 20. VERUNTAMEN IN HOC NOLITE GAUDERE, QUA (quod) SPIRITUS (demones) VOBIS SUBJICITIONE: GAUDETE AUTEM, QUOD NOMINA VESTRA SCRIPTA SUNT IN COELIS. — Non velat omne gaudium, ut scilicet nulla modo gaudent, quod demones eius subjiciuntur (hoc enim licetum et honestum est, ideoque «eo gratum et gloriolum), sed ut non tantum gaudientur de domino in demones, quantum gaudientur de sua predestinatione, gratia et gloria, tum quia dominum in demones est gratia gratis data Ecclesiæ, unde subinde et reprobis datur, ut illi fuit Judas, Matth. vii, 22; predestinatione vero includit gratiam gratum facientem, ac predestinatione conductit ad beatitudinem; tum quia, ut ait Euthymius, illud gaudium tumorem et superbiam generare solet, non vero gratiarum actionem et omnis boni operis sollicititudinem: de hoc ergo longe magis gaudendum, quam de illo. Tertio, ejicere demones et facere miracula, non est vestri meritii, ait Beda, sed divine virtutis; et nullius nomina scribuntur in celo, nisi ejus qui illud meretur vel merebatur. Quarto, virtus ejicendi demones datur vobis a Deo, non ad vestram, sed aitorum utilitatem; et serili excedit. Sio omnes. — Apostoli fuerit a Christo electi, scilicet ad Apostolatum, et tamen unus ex eis Judas fui reprobatus et damnatus, juxta illud Christi: « Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est? Joan. vi, 70. Pari modo ex 70 discipulis Christi fuere septuaginta diaconi, et quibus unus fuit Nicolaus nomine, qui immundissimum omnium, et Nicolaiarum heresem auctor exiliisse refutatur, » ait S. Hieronymus, epist. 48, cap. iii. Quod ergo duodecim Apostolis et eorum sequacibus promulgit Christus, Matth. cap. xix, vers. 18, dicens: « Vos qui secuti estis me, etc., sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel; » intelligo non absolute, sed sub has conditione,

demque Dei gratiam et gloriam. Et Euthymius: Cives conscripti estis in eterna civitate, inquit, non atramento, sed memoria; neque ut homines scribunt, sed ut Deus; idque non in remedium obliviosi, ait Beda, sed ad firmitatem et certitudinem predestinationis.

Porro, siue duplex est hec Dei praescientia et predestinatione, ita et duplex est liber vita: prior perfectus et completus, quo absolute et determinate ab eterno a Deo scripti sunt omnes electi ad gloriam, qui re ipsa ad vitam eternam pervenunt: hic est infallibilis et immutabilis. Posterior, in quo omnes justi et sancti deseruntur, non absolute, sed conditionate, et se induc presentem justitiam, si nimis in ea uita ad mortem perseverent: hic non est et omnis et infallibilis; nam ex illis multi a justitia ex. int. male moriuntur, reprobantur et deuantur. Sic Apostolus, Philip. iv, salutat Clem. rem nosque fideles, « quorum nomina sunt in libro vite. » Nihil enim aliud vult dicere, quam dixit de omnibus Ephesii fidelibus, Ephes. 3, 1, nimis esse a Deo electos et predestinatos per Christum; scilicet absolute per fidem et gratiam, sed conditionate ad gloriam, si nimis in Christi fide et gratia perseverent. Et Ephes. ii: « Vos, sit, estis cives sanctorum, et domestici Dei, » scilicet per gratiam, ac tales futuri per gloriam, si in gratia decedatis: sic etiam orat Ecclesia in Collecta secreta Missæ, tempore Quadragesima, « ut omnium fiduciam nomina beatae predestinationis liber ascripta retineat, » hi ergo possunt a sua predestinatione excidere, ac proinde non sunt absolute predestinati, sed conditionati, si videlicet in fide et sanctitate usque ad finem vite persent. Sic etiam hoc loco videtur accepit, ait Jansenius, Franciscus Lucas et alii, licet de eo dubitet Maldonatus, ac neget Toletus. Nam non velle Christum his omnes septuaginta discipulos, certos facere de sua absoluta et efficacia electione ad gloriam, patet ex vers. 18, ubi minus et metum damnationis ei inflicit, dicens: « Videbam Satanam sicut fulgur de celo, cadentem. » Quasi dicat: Videbis ergo et vos ne similiante celo, id est gratia et gloria vobis in celo preparata excedatis. Sio omnes. — Apostoli fuerit a Christo electi, scilicet ad Apostolatum, et tamen unus ex eis Judas fui reprobatus et damnatus, juxta illud Christi: « Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est? Joan. vi, 70. Pari modo ex 70 discipulis Christi fuere septuaginta diaconi, et quibus unus fuit Nicolaus nomine, qui immundissimum omnium, et Nicolaiarum heresem auctor exiliisse refutatur, » ait S. Hieronymus, epist. 48, cap. iii. Quod ergo duodecim Apostolis et eorum sequacibus promulgit Christus, Matth. cap. xix, vers. 18, dicens: « Vos qui secuti estis me, etc., sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel; » intelligo non absolute, sed sub has conditione,

in mei sequela usque ad mortem persistiterit.

21. IN IPSA HORA EXULTAVIT SPIRITU SANCTO, — id est per Spiritum Sanctum, quo plenus erat Christus, puta per gratiam, letitiam et jubilum sue humanitatis et mentis a Spiritu Sancto infusum, eo quod Spiritus Sanctus efficacia fecisset sua promissa, ac per suos discipulos tam rudes et imbecilles tanto prodigia, demones expellendo et morbos quolibet sanando, patras et quibus ipso Christi fidem et Dei gloriam promovebat.

ET RЕW: ASTI EA PARVULIS. — Scilicet abjectis et rudiibus mens discipulis. « Ea, » ut nimirum ipsi cognoscant to esse Deum verum, ac me a te misericordiam, ac consequenter agnoscant viam ad justitiam et salutem, que est credere in me misericordia obediens, itaque sint predestinati, atque per eos alii multi, quos a democribus et morbis liberant, veri Dei cognitione et salvacione.

22. OMNIA MII TRADITA SUNT A PATRE NEO. — Ut sicut a Patre meo creata sunt, ita jam vitio ipsum perdita per me recreantur et redimantur; ut scilicet homines in peccata prolapsos sublevem, sanctificem et heem, et cum homine ceteras creaturas vitio hominis corruptas renoverent et restaurarent. Ita S. Athanasius, serm. 4 contra Arianos: « Postquam, al. p. c. et latus esset homo, ejusque lapsi perturbatis omnibus, mors invalidasset ab Adam usque ad Christum, terraque execrationi data esset, infernum apertus, paradise clausus, colum intensus, et tandem corrupto et intercepito homine insulasset diabolus contra nos; tunc dedit illi hominem, ut ipsum Verbum caro fieret, carnemque assumptum in omnibus instauraret. Tradita enim sunt illi ut medico, qui sanaret mortuum; et ut luci, qui illuminaret tenebras; et ut rationi, qui redingebaret vim rationalem. » Particulatum deinde id ipsum explicat, dum subdit: « Postquam igitur tradita sunt illi omnia, et factus est homo, correcta sunt omnia et perfecta: terra pro maledictione benedictionem obtinuit, paradisus reservatus est, infernum se metu contraxit, monumenta aperta sunt resurgentibus mortuis; portae reclusae sunt, ut intraret ille ex Eden. »

Non igitur loquuntur hic Christus de essentia et attributis divinis, sibi a Patre traditis et per generationem divitiam communicatis, ut explicuit S. Chrysostomus, hom. 39 in Matth. v; Hilarius, lib. VI De Trinitate; S. Ambrosius, lib. III De Spiritu Sancto, cap. xii; sed de plena omnium potestate quae sibi ut homini, ad hominum salutem a Patre tradita fuit.

23. ET ECCE QUIDAM LEGISPERITUS SURREXIT, TEN-TANS ILLUM ET DICENS: MAGISTER, QUID FACIENDO VITAM ETERNAM POSSIDEBO? — q. d. Quid me facere oportet, ut vitam eternam obtineam et possideam? Alius est hic Legisperitus ab eo qui idem quasivit a Domino, Matth. xxi, 36, ut patet ex circumstantiis utriusque.

TENTANS EUM. — Hinc patet ipsum quiescisse habe-
re animo non sincero discendi, sed factio et doloso
tentandi Christum, an Christus scilicet aliquid de
se suaque doctrina contra legem responderet, ac
illam huic preferret, unde eum calumniali vel
accusandi occasionem haberet. Christus enim ab
illis censebatur legis pravaricator et contemptor.
Ita Toletus.

Cetera que sequuntur usque ad versum 29,
exposito Matth. xxii, 36 et seq.

29.ILLE AUTEM VOLENS JUSTIFICARE SEIPSUM, DIXIT
AD JESUM: « ET QUIS EST MEUS PROXIMUS? » — « Justi-
ficare, » id est justum praeterea ostendens;
q. d. Demonstrat mihi aliquem proximum in justi-
tia, qui scilicet tam justus sit quam ego, et vix
invenies. Ita Titus, Euthymius et Isidorus Pelu-
siota, lib. IV, epist. 173, qui censem Legisperi-
tum heu dixisse et superbria et fastu pharisaico.
Proximus, ait Isidorus, consult esse justum
justo, sublimem sublimi, q. d. Ostende mihi ali-
quem qui tam magnus sit ut possit mecum com-
parari. »

Verum Christi responsio contrarium significat, ut patet intenti. Quare videtur hic Legisperitus, qui initio tentandi animo accesserat, auditio dicto Christi, quo sumus responsum de primo dilectionis Dei et proximi mandato landa-
rat, mentem mutasse, ac aversionem suam in
amorem et reverentiam Christi converuisse, at-
que sincera et serio quesuisse quis esset proximus, ut cum diligenter et legem implore posset.
Ergo « volens justificare seipsum, » id est volens
se ostendere justitiae amatorem, et timore con-
scientiam quasi sollicitum intelligere legem Domini, et quasi assidue in ea studentem et me-
ditantem, ut cum opere adimpleret. Ita Toletus,
Jansenius et alii.

ET QVIS EST MEUS PROXIMUS? — Magna in-
terior Scribas hac de re erat questio, imo error; Scribas enim, ex Levit. xix, 48: Diliges tu rea, id est amicum, a contrario infereretur: Ergo odio prosequeris iurum tuum, puta Gentem, qui non est Judeus: unde hunc eum errorum cor-
rexit Christus, Matth. v, 43. Quare Scriba amicus vel proximum censebatur esse solum Judaeum, utpote veri dei cultorum, ejusdemque secum
geniti et religiosi, inmo inter Iudeos eos qui le-
gem pravaricabantur et impie vivebant, censem-
bant nee esse proximos, nec diligentes, sed so-
los fideles et justos. Merito ergo Legisperitus hic
rogat Christum quis sit proximus, q. d. Ego omnes
Iudeos probos quasi proximos diligo, sumne
aliud proximi a me diligendi? Respondet
Christus alias esse, nimirum proximos nostros
esse omnes omnes homines: hi enim proximi
nobis sunt ob communionem ejusdem vita huma-
nae, ejusdem gratiae, ejusdem redemptio-
nis per Christum, ejusdem Ecclesie et Sacramen-
torum; ejusdem vocacionis ad fidem et gratiam,
ejusdem destinationis cursusque ad

licitatem et vitam aeternam. Omnis ergo homo est Hebreus rex, id est amicus, socius; Graecus εὐσέβης, id est propinquus, a πλεῖον, id est accedo, appropinquo, quod in futuro habet πλεῖον, unde πλεῖον; latine nervosius vocatur proximus, quia proxime, id est nullo mediante ad nos accedit, nosque contingit per eandem vitam, gratiam, Ecclesiast. glorianam, etc. Proximus enim Ciceroni et Latinis dicitur vicinius, unde Isidorus, lib. IX Etymol., cap. vi: « Proximus, ait, dici-
tur ob proximitatem sanguinis. » Et Cicero, lib. II De Legibus: « Id, ait, habendum est Deo proximum (id est vicinius) quod est optimum. » Jam autem omnis homo nobis vicinius est per eandem Dei creationem, et eandem Christi redemtionem, et vocacionem ad eandem gratiam et gloriam: ergo omnis homo nobis est proximus. Vide also Levit. xix, 18.

Tropologiche: vox « proximus » exigit visceralem affectum et amorem; proximus enim a proximo diligendus est quasi frater a fratre, vel filius a patre: in his enim nullum est medium, sed alter alteri est proximus, ita tamen ut serveatur ordo charitatis, quo magis diligendus est pa-
ter quam frater, et frater, quam nepos, etc.; inter proximos enim aliis alio nobis est proximior, ideoque magis diligendus.

30. ACCIDIT (casu, si homines spates; sed certo Vers. 32
consilio, si Dei providentiam, cui nihil est fortu-
tum, sed omnis previsi et provisa, considera-
tio) AUTEM UT SACERDOS QUIDAM DESCENDERET RA-
DEM VIA: ET VISO ILLO PRETERIVIT. — Graec, ἀντι-
τάξασθε, id est ex adverso preterivit, q. d. Sacer-
dos horro plagarum vulnerati illius et mori-
bundi perculsus, non tantum ad eum non accessit, sed et retrorsum abiit, et in contraria partem iter suum reflexit, ait Titus et Theophylactus. Notat hic Christus prepostoram religio-
nem ad inhumanitatem sacerdotum illius avi, qui externas tantum ceremonias, victimas et oblationes, quibus ipsi dilabuntur, curantes, internam pietaatem et misericordiam et haritatem negligebant, imo presumebant. Hinc enim sa-
cerdos videns proximum suum gente Iudeum, vulneribus confectum, sep' aecem et animam agentem, in hac extrema necessitate eum deser-
vit, imo nec eum adire vel alloqui dignatus est.

32. SIMILITER ET LEVITA, CUM ESSET SECUS VIAN, Vers. 32
ET VIDERET EUM, PERTRANSIT. — Levita olim apud Levita
Iudeos erat id quod apud Christianos est Diaconus, qui sacerdoti in sacris ministrat. Illic ergo
ejusdem farinae et inhumanitatis erat, cuius fue-
rat sacerdos: qualis enim sacerdos, talis Levita;
qualis Praefatus, talis Diaconus; qualis princeps,
talis famulus; qualis magister, talis discipulus.
Unde simil modo pertransit. Grace est eadem
vox que vers. 31, ἀντιτάξασθε, id est in contra-
rianum viam abiit.

33. SAMARITANUS AUTEM QUIDAM ITER FACIENS, Vers. 33
VENIT SECUS EUM; ET VIDENS EUM, MISERICORDIA
NOTVS EST. — « Samaritanus, » qui scilicet genere
et gente, et religione a Iudeis erat alienissimus,
ideoque magis exosus quam Gentilis; utpote Ju-
deorum schismatics et hereticus, quem proinde
Iudei non proximum, sed juratum hostem cen-

sobant, passimque oderant: hic, inquam, Iudei vulnerati, a Judeis derelicti et a sacerdoti ac Levita neglecti, commiseratione motus, ei ut proximo succurrat, medicatus est vitamque restituit. Profet Christus exemplum Samaritanum, ut ostendat non solos amicos, sed et inimicos (talis enim Iudei erat Samaritanus) esse proximos nostros. Rursus Samaritanum humum in charitate et beneficentia precepit Iudei, aliope qui in Iudei neglegit et Samaritanus inviavit, adic beneficium se praestiterit.

34. ET APPROPRIATI (descendentes ex quo vel asino quo vehebat), ALLEGANT VULNERA EIUS, INFUNDENT OLEUM ET VINUM, — quo secum fererat in via quasi viaticum; scilicet vinum pro potu, oleum pro oboſionis cum pane, hoc est pro cibo. Est hysterologia: prius enim facit vulnera vino: venum enim primo sanum alit: secundo, piutuos biliosusque humorum ad valens confluentes arrodit: tertio, vulnera plena dilectionem, qua nihil omisit, quod ad vulnerati curationem requiritur; sed omnia charitatis officia his requisita copiose praestitit.

Alegorice: homo est Adam lapsus in peccatum, ideoque in anima vulnerans et pene occidens; Adam enim ex Iherusalem, id est ex visione pacis, puta ex paradiſo et statu innocentie, ubi homines summa fruebatur pace cum Deo, secum, cum Eva et cum omnibus animalibus, descendit in Iherusalem, id est in mutabilitatem et statu peccati: hujus enim symbolum est Iherusalem, id est luna, que quotidie mutatur et deficit. Latrones sunt diaboli, qui Adamum et Eam per serpentem decepserunt et ad peccatum induxerunt, quem eum Dei gratia et virtutibus spoliarunt, et in terra concupiscentiae omnibus anima potuerunt et appetitus influxerunt. Sacerdos et Levita sunt lux velut, quae lapsum Adem sanare neglexit, qia non potuit. Samaritanus, id est custos, est Christus, qui fideliter homines omnes curat et custodit, ut sanentur et salventur; equus est Ihesus humanitas, cui ipsa deitas insidet, et quasi inequitatis. Stabulum, id est hospitalium, est Ecclesia, que omnes fideles recipit. Vnum est sanguis Christi, quo vulnera nostra abluuntur et sanes peccatorum absterguntur. Oleum est misericordia, clementia et lenitudo Christi. Stabularium sive hospitium, qui stabulo, id est Ecclesia praest, est S. Petrus, sive Pontifex. Ita S. Ambrosius et Origenes hic, hen. 34; S. Hieronymus, in cap. x Matth.; S. Augustinus, serm. 7 De Verbis Domini, et alii passim. Audi Origenem: « Aiebat quidam de presbyteris, volens parabolam interpretari, hominem qui descendit esse Adam; Iherusalem, paradisum; Iherusalem, mundum; latrones, contraria fortitudines; sacerdotem, legem; Levitam, Prophetas; Samaritem, Christum; vulnera vero, inobedientiam; animal, corpus Domini; pandochium, id est stabulum, quod universos volentes introire suscipiat, Ecclesiam interpretari. Porro, duos denarios Patrem et Filium

igne, leco, medico, medicinis exteriorisque rebus ad curam necessariis vel opportunis.

35. ET ALTERA DIE PROTULIT DUOS DENARIOS. — *Vera. 12.*
Denarius simplex erat drachma argenti, puta unus iulius, vel regalis Hispanicus. Verum hic denarius, non simplex, sed duplex, ut modo est dimidius Philippicus dalerus: dedit enim tantum, quantum sufficeret putabat vulnerato alendo medicando usque ad suum redditum; ad hoc enim non sufficiebat duo iulii.

Tropologice S. Augustinus, in Quæst. Evang.: Duo denarii, ait, sunt duo preecepta charitatis, quam Apostoli accepterunt ad evangelizandum, aut promissio vita presentis et eternæ.

ET BEBIT STABULARIO (id est hospiti, qui stabulo et hospitio præterat) ET AIT: CURAN ILLUS HABE, ET QUODCUNQUE SUPEREROGAVITIS (uterius impenderit), EGO, CUM REDIERO, REDDAM TIBI. — Vide hic et disce a Samaritano plenam dilectionem, qua nihil omisit, quod ad vulnerati curationem requiritur; sed omnia charitatis officia his requisita copiose praestitit.

Alegorice: homo est Adam lapsus in peccatum, ideoque in anima vulnerans et pene occidens; Adam enim ex Iherusalem, id est ex visione pacis, puta ex paradiſo et statu innocentie, ubi homines summa fruebatur pace cum Deo, secum, cum Eva et cum omnibus animalibus, descendit in Iherusalem, id est in mutabilitatem et statu peccati: hujus enim symbolum est Iherusalem, id est luna, que quotidie mutatur et deficit. Latrones sunt diaboli, qui Adamum et Eam per serpentem decepserunt et ad peccatum induxerunt, quem eum Dei gratia et virtutibus spoliarunt, et in terra concupiscentiae omnibus anima potuerunt et appetitus influxerunt. Sacerdos et Levita sunt lux velut, quae lapsum Adem sanare neglexit, qia non potuit. Samaritanus, id est custos, est Christus, qui fideliter homines omnes curat et custodit, ut sanentur et salventur; equus est Ihesus humanitas, cui ipsa deitas insidet, et quasi inequitatis. Stabulum, id est hospitalium, est Ecclesia, que omnes fideles recipit. Vnum est sanguis Christi, quo vulnera nostra abluuntur et sanes peccatorum absterguntur. Oleum est misericordia, clementia et lenitudo Christi. Stabularium sive hospitium, qui stabulo, id est Ecclesia praest, est S. Petrus, sive Pontifex. Ita S. Ambrosius et Origenes hic, hen. 34; S. Hieronymus, in cap. x Matth.; S. Augustinus, serm. 7 De Verbis Domini, et alii passim. Audi Origenem: « Aiebat quidam de presbyteris, volens parabolam interpretari, hominem qui descendit esse Adam; Iherusalem, paradisum; Iherusalem, mundum; latrones, contraria fortitudines; sacerdotem, legem; Levitam, Prophetas; Samaritem, Christum; vulnera vero, inobedientiam; animal, corpus Domini; pandochium, id est stabulum, quod universos volentes introire suscipiat, Ecclesiam interpretari. Porro, duos denarios Patrem et Filium

intelligi; stabularium ecclesiæ presidem, cui dispensatio credita est. De eo vero quod Samarites reversurum se esse promitti, secundum Salvatoris figurabat adventum. Ille cum rationabiliter pulchreque dicentur, » etc.

Hinc rursus ex hac parabolâ docent Patres et Theologi Adamum per peccatum spoliatum esse bonis et donis gratuitis, uti sunt gratia et virtutes; vulnerum vero fuisse in naturalibus, id est in natura non pura et mera: huc enim eadem est post peccatum, qua fuit ante; sed in natura per gratiam erata, sanata et integra per justitiam originalem illi a Deo iudicata: huc enim omnes appetitus et passiones, ac concupiscentias motus voluntati et rationi subiecibant, ut nill vello aut concupiscentias possent, nisi quod recta ratio indicabat, ac voluntas recta amabat et appetebat: jam autem per peccatum privata has justitia originali, experimur in nobis in sancta ratione, et invita voluntate, pravos hosce motus exoriri: hoc est vulnus nature.

36. QUI EORUM TRIM VIDETUR TIBI PROXIMUS FUSSSE ILLI QUI INCIDIT IN LATRONES? — Videlur Christus apposite ad interrogacionem legisperitus, « Quis est proximus meus? » dicere debuisse: Quis in hac parabolâ tribus hisce, puta Sacerdoti, Levita, et praesertim Samaritanus, fuit proximus? utique ille qui incidit in latrones, ab eisquo spoliatus, vulneratus et semimortuus relitur, omni proximorum opere indigebat: nam aliquis ex hac interrogacione Christi quis inferre poterit: Ergo proximus est qui benefacti agenti, puta Samaritanus, non autem ipse egens, puta spoliatus ille et vulneratus; ac consequenter Sacerdos et Levita non erant proximi, quia agenti non benefecerunt. Unde pariter inferas eos qui nos oderunt et perseguuntur, non esse nostros proximos.

Verum dico sensum esse: « Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? » q. d. Quis horum trium tibi videtur in hoc casu se gessisse ut proximum capti, spoliati et vulnerati a latronibus? sic enim haec interrogacionem Christi intellexit ipse Legisperitus, dum vers. seq. respondet: « Qui fecit misericordiam. » Ergo ex eo Christus querit: Quis ex hisce tribus tibi videtur vere fuisse officio proximi erga vulneratum tam miserum, ita ut eum, ita etiam afflitionem et ex inimicâ sibi gente, puta ex Iudeis, trucidium, estimantur suum esse proximum? Proximus enim est nomen correlativum, proximus enim est proximus proximus, scilicet misericors est misericordioris: quare Christus recte ex uno designat alterum, puta ex relativo designat eius correlativum, quod quererat Legisperitus. Maluit vero Christus sie responsione suam invertire, ut Legisperitus nobisque omnibus statueret exemplum reale et perfectum dilectionis proximi, quod ipse imitaretur non speculando in logo, sed opere idipsum praestando, quod pra-

Causam a priori dat Isidorus Pelusiota, lib. IV, epist. 123, dicens: « Proximitas enim natura estimatur, non virtute; substantia, non dignitate; compassione, non loco; curationis modo, et non loci propinquitate: illum namque arbitrare proximum, qui tui maxime indigeat, et sponte tua auxilium ei ferendum accede. »

38. FACTUM EST AUTEM VIM IRENT (dum proficerentur Jesus et discipuli ejus, evangelizantes per vias et castella, ut dixi vers. 1), ET PSE (Jesus) INTRAVIT IN QUODDAM CASTELLUM (Grecæ οἰκία, id est vicum, pagum, oppidum, puta Beathaniam, ubi Martha videtur habuisse domum); ET MULIER QUIDAM, MARTHA NOMINA, EXCEPTIT ILLUM IN DOMUM SUAM, — quasi hospitium et peregrinum, qui ut Deus erat omnium Dominus. Unde S. Augustinus, serm. 26 De Verbis Domini: « Suscepit, ait, famula Dominum, rega salvatorem, creatura creatore, spiritu pascenda in carne paſcendum, dignatione, non conditione. » Laudatur in Martha virtus hospitalitatis, quod Jesum Scriptis et Pontificibus exosum hospitio excepterit, sed hominem excipiendo recepit pariter Deum, qui illam totamque ejus domum benedixit, *Vera. 12.*

donis colestibus cumulavit, tandemque in eum ipsum suscepit, et eterna gloria beatit. Sic Abraham suscens hospites, angelos specie humana induens hospitiu excepit, quibus promissionem nascitur ex se Isaiae, indeque Christi, qui benedicturus esset omnes gentes, accepit. Vide dicta *Hebr. XIII.* Quocirca Christus Martham ridenti apparet, eique primum hospitalitatis rependiit, atque eam ad caeleste, non hospitium, sed regnum, invitavit, dicens: «Veni, hospita mea dilectissima, qui sunt tu me in domum tuam recipisti, sic ego te in eorum meum recipiam.» Ita habet ejus Vita, quis ex S. Antonino addit, Christum sua presencia sepulcrum S. Marthae honorasse. Ita Christus honorantes se honorat.

Vers. 32. 39. ET HUC ERAT SONOR, NOMINE MARIA, — cognomento Magdalena; haec duas sorores non solum carne, sit S. Augustinus, loco iam citato, sed et religione germane, ambae Domino cohererunt, ambae Domino in carmine presenti servierunt, tanto hospite beatae.

QUE ETIAM SEDENS SECUS PEDES DOMINI, AUDIEBAT VERBUM ILLIUS. — Vox «etiam» notat Magdalena non obiter, non alio tempore quando ei erat olim, sed illo temporis articulo, quo maxime cum Martha erat laborandum in apparanda Christo mensa, quasi otiosam sedisse cum Iesu: «Sedens secus pedes,» quasi discipula humiliata summe amans et reverens Christum, ut eum docentem quietissime, modestissime, avidissime et attentissime audiret. «Quanto hie melius,» ait S. Augustinus, serm. 27 *De Verbis Domini*, ad pedes sedebat, tanto amplius capiebat; confluit enim aqua ad humilitatem convallis, deuata de tumorigibus collis.»

AUDIERAT VERBUM ILLIUS. — Docet hic Christus sui exempli, quid discipuli, ac viri Apostolici et Religiosi facere debeant in hospitis, scilicet, «ut non resupni quiscent, sicut S. Chrysostomus in *Catena*, sed potius repleant suscipientes sacra et divinitas doctrinas, ut nullum tempus sine fructu transire sinant, scilicet ubique semina pietatis jaciant, omnesque ad virtutem et Dei amorem excitant. Faciebat in altero R. P. Petrus Faber, primus S. Ignati Loiola socius, qui in perpetuis peregrinationibus et missiōnibus, vitam omnem in societate exigit, ac proinde hoc sustinare monitum nostris testamento reliquit, ut hospitum ingressi illico vel recitantis Horis, vel pli sermonibus miscendis intendant, sequi pietatis professores ostendant: sic enim impedituros omnes lascivos sermones et castitatis tentatores, ac fructum non exiguum facturos, ut ipse non semel latrone in hospito degentes suis sermonibus commovit ad penitentiam, eorumque ibidem confessiones exceptit. Plura vide in *Vita eius*. Idem faciebat S. Franciscus Xaverius in navibus, per totum Orientem navigans, et ubique evangelizans tam verbo, quam charitatis et sancte vitae exemplo.

P. Petri
Fabi sa-
lute
Religio-
nis moni-
tum.

S. Fran-
cis
Xave-
rius.

40. MARTHA AUTEM SATAGRAT CIRCA FREQUENS V MINISTERIUM. — Graece, τηγανήτο τριπλάσιον διακονίαν, id est distendebatur vel distractebatur circa multam ministracionem, sollicita et officiosa charitate eunans, ut cibi tanto hospiti digni rite coquarentur, mensa lectulique mensales congruus sternentur, pedes hospitum lavarentur, esteraque omnia hospitalitatis officia exacte praestarentur. Under Arabicus verit, *Martha autem diligenter ministrabat plurimorum.*

QUE STETIT ET AIT (Graece, ασταν αυτεν διξειτ; Systus, venit et dixit) : DOMINE, NON EST TIBI CURA (Arabicus: Domine, non gravata te res mea) QUOD SOROR MEA RELAXUIT ME SOLAM MINISTRARE? DIC ERGO ILLI, UT NE ADIUVET. — Ita loquitur Martha, partim ex turbatione sollicitudinis omnia Christo congruus apparandi, partim ex confidencia in benignitate Christi; q. d. Domine, ego tui amore et obsequio opprimor laboribus: soror mea me videt, et interim desider et olatior. Tae ergo humanitas est curare, illique hubre ut me sublevat, et in partem prius laboris v. lat; tibique quecumque ag ego ministret: illa enim tota ex te pendet, me negigit. Verbo ergo illi innue, ut me juvet, et illud faciet; scio enim me illam rogamem nihil apud ipsam effecturam, quia tibi tuisque verbis tota est affixa.

41. ET RESPONDENS DIXIT ILLI DOMINUS : MARTHA, MARTHA, SOLlicita es, ET TURBARIS ERGA (circa) PLURIMIS. — Arabicus, *tu sollicita turbata es erga res plurimas.* *Repetito nominis Martha*, est indicium dilectionis, ait S. Augustinus, serm. 26 jam citato, aut forte movende intentionis, ut audiatur attentius: «tota enim intendebat suis ministeriis, ut minus verbis Jesu intenderet, nisi iterata nominis usi supplicatione exelta. Addit S. Augustinus: «Maria causam suam maluit iudicis (Christo) committere, nec in respondendo voluit labore,» sciebat enim Christum a se stare, siue patronum agere solitum. Unde hic Christus «factus est Marie advocatus, qui iudeu fuerat interpellatus,» ut interlinearis ex S. Augustino, serm. 27. «Turbaris erga plurima,» q. d. Nisi es sollicita, Martha, ideoque turbaris. Vix enim plurima mihi apparare, cum paucis mihi sit opus: uno enim cibis genere contentus sum, imo elector, tum frugalitatem, tum sanitatis studio. Docte enim Galenus et medicis varietatem ciborum onerare stomachum, ac difficulter tardare ab eo digeri. Audivi nonnullos, qui uno cibo perpetue vescentes, ad longevam et plane deereputam atatem vixerunt. Emmanuel Sa et alii Graec οὐδέποτε vertunt, tumultuaris: «Sed tumultus hoc loco distractio est et turbatio,» ait Euthymius; qui enim circa multa distracturunt suntque solliciti, multis cogitationum et curarum anxietates et tumultus, qui in mente configunt, eamque affligunt, experientur, quocirca nimia sollicitudo et anxietas signum est et effectus aliquius passionis et perturbationis informe, sci-

Beet nimii timoris et amoris: quia si quis nimis amat honorem, opes, commoditates, amicum vel rem alienam, illamque perdere dmet, hic est sollicitus, turbatur, anxiatur.

42. PORRO UNUM EST NECESSARIUM. — Arabicus, quod autem necessarium est, facile est; Graece, ίτι δι επι πριτι, id est uno autem est opus: hoc unum Christus opponit multis, circa que turbatur Martha. Syrus, *at unum est quod requiritur.* Consentent *Egyptius*, *Elhiopicus* et *Persicus*.

Queseris quodnam sit hoc unum, idque necessarium? Respondent Lutherus, *Bulingerus*, *McLancharius* et ceterique ejusdem farinae Novatores, hoc unum esse fidem, sive audire Evangelium, illigunt credere: hoc enim tantum dicetur his fecisse Magdalena, vers. 39: «Sedens, inquit, secus pedes Domini, audiebat verbum illius:» censem enim ipsi fidem solam necessariam esse ad salutem. Crede, inquit, te per me a Christi salvandum, et infallibilem salvatoris. Verum haec fides est temeraria, fallax et falsa: nam illam possunt habere blasphemii, fures et latrones: preter fidem enim, ad salutem necessaria est spes, charitas et bona opera, ut patet *Matth. xix.*, 17; *I Corin. XIII.*, et alii passim; idque patet in ipsa Magdalena, que ita verbum Domini audiabat, ut auditus obediret, illaque exqueretur per operia charitatis, humilitatis et pietatis, ut patet cap. vii, 43, et ex toto deinceps eius.

Verius ergo Orthodoxi plures per «unum» intelligunt unum cibi genus: q. d. Tu, o Martha, sollicita es et turbaris, ut multa mili ferula apponas, sed frustra; nam uno duxunt opus est, unum mili suffici: non requiro mensam oviparam, escam communem et facile parcam oplo: hoc enim dicta mili met temperantia et paupertatis studium; interim non damno, immo laudo tuam erga me devotionem, reverendam et studium, qua dignitati mea personae tanta et tam multa apparas, ut ostendas quod me astimes, quantumque affectum erga me geras: sed tamen moneo ne nimis sis sollicita, neve in ministerio tuo turberis, et Magdalena a meis sermonibus avoces. Ita S. Basilus, in *Regulis fratrum disput.*, interr. 20; *Theophylactus*; et S. Gregorius, apud D. Thomam in *Catena*; S. Hieronymus, in epist. ad *Eustochium*; *Toletus*, Emmanuel Sq. et *Franciscus Lucas* hic. Audi S. Basilium: «Factis vel uno est opus: paucis quidem ad apparatus videlicet, uno vero scopo ut necessitas explatur.» Sic et Titus: «Non ea de causa huc venimus, ut supervacaneis escis ventrem impleamus; natura enim paucis contenta est.» Accedit *Theophylactus*: «Uno nobis opus est, nempe ut comedamus qualitercumque, non varis.» Hinc Arabicus verit, *quod autem necessarium est, facile est.*

Secundo, sublimius et magis apposite ad sequentia, «unum» hoc *necessarium* est unus

Denique unum necessarium est Deus; etra enim omnia sunt contingentia libera, et mero Dei beneplacito creata ex nihilo. Vulgo dicitur: « Qui duos lepores sectatur, neutrum capit: » Sic qui Deo et mundo placere satagit, neutrū placet.

Tropologice: unum hoc adipisceris per orationem, meditationem et contemplationem, huc enim nos uni Deo jungit et unit. « Religiosi est unum ipsum ambi, et ad sacram monadem cogi, » ait S. Dionysius, *Eccles. hierarch.*, cap. vi; et Climacus, cap. i: « Monachus est qui semper habet spiritum elevatum in Deum, et orat in omni loco, tempore et negotio. » Et S. Chrysostomus, lib. I *De Orando Deum*: « Oratio, ait, est anima et spiritus vita religiosa et perfecta. » Et S. Bonaventura, opus. *De Perfectione vita*, cap. v, ait Religiosum non frequentantem orationem gestare animam mortuam in corpore vivente; aut esse sicut corpus sine anima, habentem id quod exterrum est in Religione, absque eo quod internum est. Idem: Religio, ait, ergo et infirma est, que non plurimum habet orationis. Quid ergo, o infelix anima, per multa vagari, ait S. Augustinus in fine *Meditat.*? requiri queris, et non invenis; ama unum in quo sunt omnia, et in eo leta saturaque conquesces: ipse enim te satifabit bonis omnibus, te torrente voluptatis potabit, in eo inebriabit. Audi Epictetum ad Arianum: « Oportet, inquit, ut omnia principia, quasi converso orbe, redeant ad unum principium, omnis pulchra ad unum pulchrum, omnia vera ad unum verum, omnia bona ad unum bonum, omnia divina ad unum Deum; omnia una ad unum ter unum. » Nam unitas, principium, bonum, verum, Deus, eadem sunt, unum sunt. Quocirca Sponsa, *Cant.* ii: « Dilectus meus mihi, ait, et ego illi. » Una enim sponsa uni sponso tota intendat oportet. Hinc Sancti optant a carne separari et mori, ut mentem totam uniant Deo. « Cupio dissolvi, ait Paulus, et esse cum Christo. » Et S. Simeon: « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. » Et *Saltes*: « Hei mihi! quia incolatus mens prolongatus est. » Causam dali S. Basilius, in *Regul. fusiis disp.*, interrog. 2: « Vehementer enim, ait, vitam hanc veluti temulum quendam carcere abhorrebat, usque adeo difficiles ad cohendum animos (Græce ἔργα, id est vehementes impetus et impulsus, evolandi scilicet ex hoc carcere), erant hi, quorum mentes Dei amor perstrinxerat; cum enim inexplebili influente divine pulchritudinis emplidate flagrarent, illud exspectabant, ut sequata infinito semperne vite curiose sibi jucunditatis Domini contemplande facultas praereretur. » Adeo beatum otium sapientibus negotio abundat, et fecundum est; quique semel in divinitatem se mersit animus, ea et paci ubique potest et passere. Quocirca David, *Psal.* xl: « Sicut, ait, aliqua invidia disparis charitis, ubi in omni-

anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam et apparsho ante faciem Dei? »

Symbolice: Unitus numerorum omnium principiorum est, utpote a qua fluit omnis numerus, eaque omnium finis, ut in quam omnis numerus resolutar: nec ab aliquo suam trahit originem, aut in aliquem secatur numerum. Ita Deus optimus maximus omnium rerum initium et finis est, iuxta illud *Apoc.* xxi, 6: « Ego sum alpha et omega, » omnia aperiens et claudens omnia, ante quem et post quem nihil, et tantum abest ut a creaturis suam sumpergit originem, ut illas aeterno precesserit intervallo, sine illis existens, cum ille sine ipso nec considerare queat. Unde philosophus ille Platonicus: Ab unitate divina, ait, omnia predeunt, prodeunfauci, unitatem quamdam ipsi impressum retinente, divina unitatis imaginem, qua et revocatur in illam, et revocata perficiuntur. Et Plato, in *Parmenide*: *Per unum intelligit esse divinum, in quo omnia vivant habent, tanquam rami in radice.* Hinc illud Pythagore: « Oportet hominem fieri unum; » nam « qui adhaeret Deo, unus cum eo spiritus effectur, » ait *Apostolus*; et *Macrobius*, lib. I *in Somniis Scriptoris*: « Unitas, ait, principium et finis omnium, neque ipsa principiū aut finis pations, ad summum nos duxit Deus. » Trismegistus, in *Pimandro*: « Unitas, ait, omnium principium, radix et origo, omnem continet numerum, a nullo comprehensa, omnemque gignit numerum ex nullo genita numero: haec est imago Dei. »

Rursus ubi peccatum est, ibi est multitudo; ubi autem virtus, ibi singularitas, ibi charitas, ibi unitas. Virtus ergo studiosus unum amet, et unitatis sit studiosus oportet. Unitatis enim magister Christus voluit nos in una Ecclesia adunare, sibiique unire. Unitas enim dat celo temperiem, animo sanctitatem, corporibus sanitatem, dominibus et civitatis pacem et animorum concordiam, omnisque populi virtus et fortitudo est ex unanimitate. Dualitas enim omnis discordia, schismatis, bellum, tempestatis, morbi et turborationis est causa et mater. Unde Plato, lib. V *De Republica*: Nullum, ait, perniciose civitati malum, quia qui eam dividit, et ex una plures facit; nec melius quidquam eo quod ipsam vincit simul et unam efficit. Aristoteles, lib. I *Ethic.*, cap. vi, citat Speusippum dicentem, rem propria dicti bonam et perfectam, quando sit una; cum res quelibet in se habeat bonitatem suam per unitatem quamcum suscipit esse; tandem enim est quidquid est, quamdiu unum est; cum autem desint esse unum, desint esse id quod est: materia quippe non habet esse, nisi per unionem sui cum forma: tolle hanc unionem, divides materiam a forma, et compositum interibit. Unde ergo est vita, divisio vero mors. Unde de caelesti vita S. Augustinus loquens: « Non erit ibi, alia invidia disparis charitis, ubi in omni-

regnat unitas charitatis. » Et S. Gregorius: « Et tanta vis charitatis ibi omnes associat, ut bonum quod quisque in se non accepit, in alio se gaudent accepisse. Regnum ergo vite est in charitate, que est unio; regnum mortis in odio, quod est divisio. Quocirca Pythagoras unitatem dicebat esse Deum, dualitatem vero demonem: quem secutus Homerus, unum naturam in ratione constituit, in mali vero ratione dualitatem: unde *Iliade* βια canit: »

Nec multo regnare bonum, rex unicus est.

Res unus est apibus, dux unus in gregibus, grus unus sequitur, in navi unus est gubernator, in civitate unus praetor, in corpore unus caput, in exercitu unus dux, in Ecclesia unus Pontifex, in mundo unus sol. Denique unitas est virginitas, que nos similes facit angelis: dualitas est conjugium, quod nos assimilat animalibus.

MARIA OPTIMAM PARTEM ELEGIT. — *Sibi*, ut adiungit Syrus et Arabicus; Græce ἡγέρνη, id est *louane* antonomastica, sive per excellenter, id est optimam. Confert enim et praefert hic Christus Mariam Marthæ, ut patet ex contextu et ex omnium Patrum interpretatione, q. d. Tu, o Mardia, bonam partem elegisti, sed Maria meliorem. « Non tu malam, sed illa meliorem, » ait S. Augustinus. « Ecce pars Marthæ non reprehenditur, ait Beda, sed Maria laudatur. » Audi rursus S. Augustinus, serm. 27 *De Verbis Domini*: « Putamus reprehensum esse ministerium Marthæ, quam cura hospitalitatis occupaverat, que ipsum Dominum hospitio reppererat: quomodo recte reprehendebatur, quia tanto hostio letabatur? » Sic et Ambrosius: « Nec Martha, ait, in bono ministerio reprehenditur; sed Maria, quod meliorem partem sibi elegit, anteficeret. » Et Cassianus, *Collat.* I, cap. viii: « Cum laboret Marthæ pia sollicitudine ac dispensatione distenta, solam se videns ad tantum ministerium non posse sufficere, adjutorium sororis a Domino postulabat, dicens: Non est ubi curae, etc., utique non ad vila opus, sed ad laudabile eum ministerium provokeret, et tamen quid audit? » Ratione vel *Hiepoliti* luctus: « Per alterum enim corpus pascitur, per alterum anima vivificatur. » Et Euthymius: « Bonum est hospitalem esse, verum melius Deo assidere; illud enim corporale est, hoc autem spirituale. » Allam rationem symbolicam dat S. Augustinus, serm. 27 *De Verbis Domini*, dicens: « Sed unde meliorem? quia tria multa, illa circa unum: præponitur unum multis; non enim a multis unum, sed multa ab uno. » Et inferius: « Multa sunt que facta sunt, unus est que fecit, etc.; bona valde que fecit, quanto melior illa qui fecit! » Tres personae dilecta inter se realiter distinete, sunt unum in eadem numero deitate, que est simplicissima et perfectissima unitas: sic quo magis ad unitatem et Simplicitatem accedit, eo magis ad Deum accedit,

aut S. Augustinus. Imo Christus, *Jean.* xvii, 21, orans Patrem pro suis fidelibus et dilectis: « Ut omnes, ait, unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, et ipsi in nobis unum sint. » Et mons: « Et ego charitatem quam dedisti mihi, dedi ei, ut sint unum, sicut et nos unum sumus, ego in eis, et tu in me, ut sint consummata in unum. » Porro pars Marie, quam Christus optimam vocat, est, relicis omnibus terrenis curis, Christo assidere, verbum eius audire, soli Deo et rebus divinis vacare, oratione et contemplationi jugiter intendere. Audi Richardum de S. Victore, in *Cant.* viii: « Optimam partem elegit Magdalena, que gratiam exerceat contemplationis, et tamen occupatur in parte sororis, ut etiam activa vite premio cooperetur: in qua pari charitate pars premium meretur. Martha in uno loco corpore laborat circa aliqua, Maria in multis locis charitate circa multa; in Dei enim contemplatione et amore videt omnem, dilatatur ad omnia, comprehendit et complectitur omnia, ita ut in ejus comparatione Martha sollicita dici possit circa pauca. Valde ergo hoc unum est necessarium, et merito preferendum, in quo et Deo per amorem anima inheret, et omnibus charitatem et sollicititudinem exhibet. » Hinc noster Suarez, tract *De Oratione mentali*: Optimam, ait, partem elegit Maria, quia oratio mentalis est quasi hujus vita beatitudine. Ipsa enim est quasi insatio visionis beatitudine, qua Sancti in celo beantur.

Hinc pariter S. Magdalena erat in jugi solidoque gaudio. Audi S. Bernardum, serm. *De Magdalena*: « Absit ut in terra suaviter viventium, gaudiorum inventari materia; cum tantis alternationibus tota mundi facies immutetur: sed est gaudium continuus sibi jucunditate firmissimum, quod perfectus animus de secura sibi conscientia pollicetur. Mens enim ab hibis mundi aspergine pure deterga, et in divina contemplationis acutum totum desideri sui figens affectum, minas aspernatur, nescit timorem, spem falsam eludit, et omnium scandalorum immunitus, in pace in idipsum dormiens requiescit. » Hujus beatae tranquillitatis causam reddens Hugo Victorinus, lib. III *De Axima*, cap. ix: « Recta, inquit, conscientia tranquilla est, quia omnibus est dulcis, et nulli gravis; utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad benevolentiam, et quibus potest ad beneficentiam. »

PARTES. — Videatur, ait Maldonatus, alludere ad ritum veterum, qui, divisuri hereditatem, jubant, ut maior filius vel heres illam in partes maxime æquales dividetur, sicut unum ex vellet prius eligere, no major inaequaliter dividendo minori fraudem facere posset, teste Seneca, lib. VI, *Declamat.* 3. Sichere hereditas erat Christus, Martha seniora duas ebas quasi partes fecit, vers. 40, scilicet Christum audire et Christo servire; Maria minor meliorem partem elegit, scilicet Christum audire: nam Hebr. *πρώτη* *εκλε-*

Mixta vita perfecta et mortalis, est ea quae pars bona perfecte vnde sors Marthae, sive vita activa; sed melior pars, id est sors Mariae, sive vita contemplativa. At vero vita mixta, comprehendens simul actionem et contemplationem, non est pars, sed totum, sive tota perfectio; atque huius totius respectu Christus unamquamque vocavit partem; mixtam ergo vitam egit Christus pernornans in oratione ac per diem praedicantis, Joannes Baptista et Apostoli. Hoc enim est ipsum totum sive perfectum; quia in ea contemplatio dirigit aquilique actionem.

QUE NON AUFERETUR AB EA. — Quia scilicet contemplatio et occupatio studiorum Maria ad verbum audiendum et meditandum, est spiritualis et aeternus mensis cibus; unde perficitur in celo per iugem Dei visionem, durabitque in eternum; cum sors Marthae sit temporalis, utpote que cibus corporis prestat in hac vita duxat: in celo enim videre, amare et laudare Deum, est otiosum Beatorum negotium, et negotiosum otium. Ita S. Augustinus, Beda, Theophylactus et alii (1). Unde S. Gregorius, lib. VI Moral., cap. XVIII: « Nec auferri unquam, ait, sors Marie dicitur, quia activa vita cum corpore suspensus elevatur, aeternae dulcedimis gaudia degustans. Et alibi: « Est verus certus intiuus animus de quacumque re, sive apprehensione vel non dubia. » Richardus de S. Victore: « Est libera mentis perspicacia, in sapientia spectacula cum admiratione suspensa. » Joannes Gerson, Carolianus Parisiensis, lib. De Medic., consider. 12, ex Hugo et Richardo de S. Victore: « Contemplatio, ait, est liber et expeditus mensis intiuus in res perspicendas usqueque diffusus, et est sublevatus mensis jubilum, mens quadam carnalium desideriorum, hoc est gustare quam suavis est Dominus. » Uti gustabat David jubilans, Psalm. LXXXII: « Cor meum, et caro mea exultaverunt in Deum vivum. » Et Psalm. LXVI: « Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram? defecit cor mea, et cor meum, Deus cordis mei, et pars mea Deus in eternum. »

Jam actus et officia vita activa et contemplativa ita describit S. Gregorius, lib. II, hom. 14 in Ezech.: « Activa vita est panem esurientem trahere, verbo sapientiae noscientem docere, errantem corrigerre, ad humiliatam viam superbientem proximum revocare, infirmatam curam gerere, que singulis quibusque expedient dispensare, et commissis nobis qualiter subsistere vident, providere. Contemplativa vero vita est charitatem quidem Dei et proximi tota mente refine, sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditum inhaerere, ut nil jam agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui Creatoris animus inardescat; ita ut jam noverit earnis corruptibilis pondus cum moreto portare,

(1) Rectius ad litteram: Maria sapienter præstat studium cognoscendi doctrinam salutarem, neque ab hac occupatione avocari debet ad labores alios minus necessarios; donec ergo, o Marthae, petere ut laborum parte te sublevet.

Cum presenti ergo seculo vita auferatur activa, contemplativa autem hic incipitur, ut in ecclesiastica perficiatur; quia amoris ignis, qui hic ardore inchoat, cum ipsum quem amat viderit, in amore ipsum amplius ignescit. »

Vide et Cassianum, Collat. I, cap. x, ubi inter extera ait: « In futuro seculo cuncti ab hac multiplici, id est actuali operatione, ad charitatem Dei et divinarum rerum contemplationem perpetua cordis puritate transibunt. » Tali ergo recte dicas illud Poete:

Nulla te colo rapie velutias,
Tu comes Phœbe, comes hic astris,
Iure personi.

Nota contra Calvinum, Martham gerere typum vite active, Mariam vite contemplativa, dum sedet, dum taceat, dum interpellata non respondet, quia denique intus rapta, foris insensibilis redditur, ait S. Bernardus, serm. 3 et 5 De Assumpt. B. Virg. Ita S. Augustinus, Basilus, Hieronymus, Gregorius, Cassianus, Beda et alii, quos f. sic citat Maldonatus. Quid vero est contemplatio? Respondet S. Augustinus (vel quisquis est auctor), lib. De Spiritu et Aeterna, cap. XXXII: « Est perspicue veritas iucunda admiratio. » S. Bernardus vero: « Contemplatio est mendis in Deum suspensio elevata, aeternae dulcedimis gaudia degustans. Et alibi: « Est verus certus intiuus animus de quacumque re, sive apprehensione vel non dubia. » Richardus de S. Victore: « Est libera mentis perspicacia, in sapientia spectacula cum admiratione suspensa. » Joannes Gerson, Carolianus Parisiensis, lib. De Medic., consider. 12, ex Hugo et Richardo de S. Victore: « Contemplatio, ait, est liber et expeditus mensis intiuus in res perspicendas usqueque diffusus, et est sublevatus mensis jubilum, mens quadam carnalium desideriorum, hoc est gustare quam suavis est Dominus. » Ut gustabat David jubilans, Psalm. LXXXII: « Cor meum, et caro mea exultaverunt in Deum vivum. » Et Psalm. LXVI: « Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram? defecit cor mea, et cor meum, Deus cordis mei, et pars mea Deus in eternum. »

Ita actus et officia vita activa et contemplativa ita describit S. Gregorius, lib. II, hom. 14 in Ezech.: « Activa vita est panem esurientem trahere, verbo sapientiae noscientem docere, errantem corrigerre, ad humiliatam viam superbientem proximum revocare, infirmatam curam gerere, que singulis quibusque expedient dispensare, et commissis nobis qualiter subsistere vident, providere. Contemplativa vero vita est charitatem quidem Dei et proximi tota mente refine, sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditum inhaerere, ut nil jam agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui Creatoris animus inardescat; ita ut jam noverit earnis corruptibilis pondus cum moreto portare,

Via ad contemplationem.

totisque desideris appetere illis hymnidicis angelorum chorus interesse, admiseri celestibus civibus, de aeterna in prospectu Dei incorruptione gaudere. »

Porro S. Thomas, II II; part. Quest. CLXXX, art. 7: « Vita contemplativa, ait, praecipue consistit in contemplatione Dei, ad quam movet charitas. » Et postea: « Vita contemplativa, licet principaliiter consistit in intellectu, principium tamen habet in affectu; in quantum videlicet aliquis ex charitate ad Dei contemplationem inclitat. Et quia finis respondet principio, inde est quod etiam terminus et finis contemplativae vite habet esse in affectu; dum scilicet aliquis in visione rei amato delectetur, et ista delectatio rei visus amplius excusat amorem. »

Denique nota Ecclesiasticus recte et apposite haec Cura legere in festo Assumptionis B. Virginis, tum quia B. Virgo officiosissima fuit Christi hospita; tum quia ipsa utrumque officium Marthae, scilicet et Magdalene perfecte obiit; tum quia ipsa optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Vide nostrum P. Canisium, lib. V Marialis, cap. VII. Audi S. Idelphionsum, serm. 3 De Assumptione: « De ista dicitur, inquit, optimam partem elegit, quia prima omnium feminarum Deo virginitatem obtulit, et idcirco promeruit, ut Dei Filius ex ea corpus nostra redemptoris susciperet. »

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Christus tradit orationem Dominicam, et modum orandi. Secundo, vers. 14, ejicit demonium, probatque se id facere non in Beelzebub, uti calamitantur Scribae, sed in dige Dei. Tertio, vers. 27, mulier e turba ei clamaret: Beatus ventus qui te portavit; at ipsa ait: Beatus qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Quartu, vers. 29, Iudeis signum petentibus dat signum Jonæ, additique Iudeos a regina Saba et Ninivitis condemnando in die iudicii. Quinto, vers. 33, docet lucernam corporis esse oculum; illum ergo purum et clarum esse servandum. Sexto, vers. 38, invitatus a Phariseo, notatusque quod illatos ad mensam accederet, acriter vitia Pharisaorum castigat, eisque vir intentat.

Priman partem audivimus Matth. vi, 9, et Matth. vii, 7 et 9; secundam, Matth. xii, 24; quartam Matth. xii, 39; quintam, Matth. vi, 22; sextam, Matth. xxiii; superest ergo tercia et particula prima hic explicanda.

1. Et factum est, cum esset in quadam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit et Joannes discipulos suos. 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.
3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. 4. Et dimittite nobis peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. 5. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi: Amice, commoda milii tres panes, 6. quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum; 7. et ille deintus respondens dicit: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, et pueri mei mee sunt in cubili, non possum surgere, et dare tibi. 8. Et